INCIPIT EXPOSITIO SEDULII SCOTTI IN EPLAM HIERONIMI PBRI AD DAMASU PAPA DE EXPLANATIONI QUATUOR EUANGLORU

BEATISSIMO PAPE DAMASO HIERONIM.

Hic damaſus ſedis apoſtolice magnificus preſul. ualentini. et theodoſii principu temporib. floruit. uir magna ſapientia ac multiplici gra di preditus. Is g cu quatuor euangelioru uolum romano ſermone uariis ac int ſe diſcordantib. exemplarib. pſpexiſſet fuiſſe oſcriptu. doctiſſimu diuine hyſtorie interprete. ſem uidelicet hieronimu pia iuſſione ad hoc copulit. quatenus p collatione grecoru ſeu ueteru codicu cunctis reiectis errorib. correctu euanglin omiq; falſitate expurgatu. latino ſermone conſcriberet. ne mendoſus error plures heredes ſuos ulterius relinqueret. Itaq; tanti preſulis uotis beatus hieronimus aſſenſit. opuſq; ſibi iuſſu ſollertiſſimo ſtudio impleuit. de q opere in hac conſequenti prefatiuncula ſtati ediſſerens ait.

Noui opus me facere cogis ex ueteri.

Noui. poliſſemus ſermo eſt. triplice habens ſignificantia. Aut eni noui dicimus qd cu fiat ante conſimile aliqd factu n fuerit. ut xpm ex uirgine natu ee credimus. aut illud noui appellamus. qd licet pterito tempore ſit factu: tam replicabili iteratione renouat. ideoq; nouum ee conuenient dicitur. vnde pſalmigraphus. Cantate inquit dno canticu nouu. non qd ante n fuerit cantatu. ſed aſſidua iteratione fiat innouatu. aut noui p magno ſeu miro ponimus. vnde e illud uirgilianu. Et iam pma nouo ſpargebat lumine terras. Tithoni croceum linquens aurora cubile. Ergo nouu opus ſe facere dicit. euanglin ſcilicet p authentica grecoru exemplaria correctu ac romano ſermone conſcriptu. qd nemo alius ante ipſum romanus fecerit. ideoq; non inmerito noui opus appellatur: Satis aut honeſte ac uerecunde aduerſus emulos ſuos ſe excuſat. cu nec preſumptuoſa temeritate inſtimulatu. ſed beatiſſimi pape iuſſione coactu ſe ad hoc opus acceſſiſſe aſſeueret.

Qd aut ait. cogis p eo qd eſt coegiſti. p chroniſmon poſitu ee intellige. q ſcemate diuerſa tempora p aliis temporib. ponunt. Ex ueteri. ex eo qd e opus ſyllemſin opere aſſumendum e. ut plena conſtructio conſtare ſic queat. Nouum op me cogis facere ex ueteri opere. Vetus aut opus appellat authenticu qdlibet euangeliu. greco ſermone conſcriptu. ex q nouum op ſuu correctum uidelicet euangeliu atq; latinu ſe facere coactum teſtat. Vnde recte ſubditur.

Ut poſt exemplaria ſcripturarum ... quaſi quidam arbiter ſedeam ...

Exemplaria dicit non ſolum grecos ſed etia

EX BIBLIOTHECA REGIAE ACAD. GEORGIAE. AUG:

Göttingen UB. theol. 38, f. 1r

Göttingen UB theol. 38, f. 1v

romanos euangeliorũ codices. neq; solũ autenticos atq; ueros. sed etiã nouos ac uiciatos libros. maxime in latino sermone conscriptos. q̃ ppt utrisq; linguę apud uarias nationes auctoritatẽ simul atq; noticiã p totũ terrarũ orbẽ esse dispsi apte dicunt. Et hoc synecdochicos dicit. totũ uidelicet orbẽ p uariis eisdẽ orbis partibus nominans. quib; uariis exẽplarib; atq; codicib; tam grecis quã latinis pat iheronimus quasi quidã arbiter iussis beati damasi sedere iubetur. non qd iacendo ul stando. seu recumbendo. et q̃libet corporis situ spũalis homo iudicare. uera q; a falsis discernere non posset. sed p hanc localẽ descriptionẽ que topοsia grece dr. dignitas et eminentia iudicantis ostendit. Solet namq; arbit sedendo iudicare. In quo notandũ qd non iudicẽ sed arbitrũ humili satis pfessione se ipsũ nominare maluerit. Nã maius auctoritatis pondus sibi iudex quã arbit uendicat. Iudicis nãq; officium ẽ damnare uel absoluere. arbitri u̾ ministeriũ est. aliqd eligere. ul refutare. Ergo beatus iheronimus humilitatis uirtute pditus. non iudici sed quasi arbitro se ↄparare uoluit. licet sepe arbitrũ p iudice positũ inuenimus. Cur aut uarior exẽplariũ quasi qdã arbit sedere iubeatur. causã subiungit cũ dicit. Et quia inter se uariant. que sint illa que cũ greca consentiant ueritate decernam. Multa namq; discrepantia in romanis exẽplarib; erat. quando pene tot exẽplaria q̃t codices fuerunt. quando uix ullus codex alteri codici collatus. in sensu et in uerbis concordabat. Cuius erroris causas ipse in ↄsequentib; ostendit. Ideirco necesse erat diligenti indagatione discutere. que sint illa latina exemplaria que cũ greca ↄcordent ueritate. ex cuius linguę fontib; pene tota diuina scriptura in latinũ sermonẽ translata ẽẽ cognoscit. Cũ eni uarii riuuli turbulenti ẽẽ sentiuntur. fons purus ẽ requirendus. atq; ex autenticis exẽplarib; melleus ueritatis sapor gratissime pcipiendus. Apte aũ ordinẽ iudicantiũ describit. ut prius uidelicet sedeat. ac dehinc decernat que iudicat. Int exemplar u̾ et codicẽ hoc int est. qd codex sit iã qdlibet scriptũ uolumen. etiã si ex ipso codice adhuc nihil scribatur. tc u̾ exẽplar ẽẽ incipit. cũ ex ipso alt codex scribatur. Ite qd multi codices. verbi grã. decẽ l centũ. seu plures. unũ exemplar appellari possit. si sensu uerbisq; nihil discrepent. codex u̾ ñ nisi unũ uolumẽ nominatur. Itaq; suscepti operis laudẽ simul ac difficultatẽ ↄsequenter enumerat dicens. Pius labor sed periculosa psũptio. iudicare de ceteris. ipsũ ab omnib; iudicandũ. Opus nãq; pietatis ẽ. ac sollertissima prudentia refertũ. euangelica uerba cunctis eradicatis erroribus expurgare. Sz quantũ ad toxica emulorũ inuidiã impitorũq; iudiciũ attinet. in hoc periculosa psũptio ẽẽ uidetur. quaten de aliorũ scriptis erroribus ipse iudicet. cuius noui